



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et  
Principis Monasteriensis Decas**

**Alpen, Johann von**

**Coesfeldiae, 1694**

35. Responsio Monasteriensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

1664.

Has dum Tubicen Batavus ad Principem  
Monasterium perfert, Brabeckius eadem  
quarta Maij, simulac responsio his fere ve-  
bis, Comitis-Hagam expeditur.

35.  
Responsio  
Mona-  
sterien-  
sis.

Præpotentes Domini, Perdilecti amici  
& vicini.

Ex litteris Vestris non sine admiratione per-  
cepimus sinistram de Nobis opinionem, haud  
vobis ex eorum sensu profectam, qui de Commis-  
sione Caesaris in causa Liechtensteiniana vel non  
informati, vel partibus impliciti sint. Idcirco  
tò Nobis acerbius accidit, quò sanctius obser-  
vata semper fuit vicinia, amicitiaq; nostra. Ne-  
quaquam sanè arbitramur oppressum à  
Frisia Principem, aut unquam immerito  
vatum esse; quin contra, si genuino cause  
penitus quis imbuatur, illico apparebit, re-  
rem Commissionis emoluisse Nos; & postquam  
Caesarea iussionis respectu, amicam præ-  
compositionem; nec imperatam solum in Dy-  
stias Esens, Stedesdorff & Wittmundt  
missionem, Nostrâ-metipsâ sponse impedire  
sed & pactum primum solutionis terminum  
ad ipsorummet Frisonum preces, promptitudine  
pari prorogasse; imò & familiarem cum  
cino necessitudinem probasse semper. At ve-  
rò, cum nec promissis stare, nec à lapsu in  
prorogationis statueret diem contractui imple-  
do; quin potius sinistra cuiusq; suspitionis  
sam præberet; & interim Principis Liechten-  
steinij

Steinij Legatus constanter urgeret effectum judicati: non potuimus non facere id, quod jus, quod equitas, quod Casarea commissio, & ipsius pacti, pridie Nonas Septembris Auricæ nuper firmati, verba dictabant, urgebatq; clausula parata executionis & juris constituti. Et quamquam rationibus Vestris potiores Nos, gravioresq; opponere possemus, qua luculenter Orbi probarent universo, nullis omnino nixam fundamentis comminationem illam, quam Præpotentes VV. DD. litteris suis expressere; nec eam Nobis solum, sed potius Casari, Imperio, sociisq; Regibus ac Principibus intentatam; qua tamen etsi nec suo periculo careat; hac tamen vice intactas eas volumus; qui Nostrum Consiliarium intimiorem & adis Cathedralis Decanum Brabeckium ad Vos ablegavimus non minore cum fiducia, quam instructione; ut quemadmodum Nos in ipsa hac causa Liechtensteiniana presentes Kniphusium & Doctorem Rossel Principis Frisia Legatos cum satisfactione dimisimus, idem ipsum Vobis probet; atq; ita omnis interpretatio sinistra è medio tollatur; quò verius sentiant Præpotentes DD. VV. nihil aequè, ac constantis amicitiae perseverantiam, cordi Nobis futurum.

Quas dum Hagam infert idem, qui Bata-  
vorum litteras Monasterium antè detulerat Brabe-  
Tubicen, Brabeckius jam appulsus erat; fer-  
vebatque statim negotiatio ipsum inter, ac gaude